



**Catalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto metrone co[n]fessore. Cap[itulum]. cxlvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

# Liber

**D**e translatione sancti Hieronymi.

Cap. cclv.



## Ransla

**T**io corporis sancti Hieronymi duplex est. Prima est illa de qua scribit cyillus hierosolymitanus ep̄s in ep̄stola ad augustinum de eius miraculis transmissa. Cum enim corporis glorioſi docto:is apud bethleem iuxta preſepe dñi: ut ipſe mādauerat humo obruituſ fuisse: et ibidē in ſignibus et in auditis miraculis coruſcaret. Videbat fideli:bus: quod illud corpus ſanctissimum faciens in terra indignius tractare. Ideoq; de coro ſepulchro marmoreo in eccl̄ia bethleemita fabricaro. Cyillus hierosolymitanus patriarcha cuī cle-ro et populo sanctū corpus eodē trāferendum decreuerunt et diem dñicū post penthecoſten ad hoc faciendum celebrūs statuerunt. Et con-currente populi multitudine ex vrbib; conuic-tis: terram vbi iacebat corpus effodunt: et euacuata fouea illud in aere pendere conſpiciunt: ita q; nulla ſuī parte humū contingēs integrum et incorruptum omnino reperiūt odorisq; fragrantia mirā cuncti ſenserunt. Corpus autē inde leuatū et ſuper altare poſitū eſt: ut a fideli-bus videretur. Luius tractat die ipſo. xvi. ceci-lluminati ſunt: tres quoq; a demōnō vegetati illud adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris vidente populi frequentia compreſſus effocat̄ eſt. Quē mater in fossa vbi corpus ſanctū iaucerat: proiecit exanimē: et continuo viuus surrexit. Quod certens rusticus: cuius filii cadaver defuncti ante tres dies ſepultū fuerat accedens ad locum corpusq; filii ex huius marum ad eccl̄iam attulit et in foueam proiecit: statimq; ſpiritu vite recepit. Circa vesperas autem post predicta et alia multa miracula exhibita: corpus in monumētum reponitū fuīt: et fouea terra repleta. Sed mane monumentū vacuum eſt inuentum: et euacuata iterum fouea corpus reperfertur eſt loco priuino reſtinentur. Stupentibus cunctis ſequenti nocte Cyillo dormienti Hieronymus glorioſus apparet: cor-pusq; de loco vbi iacebat nullatenus amouendū admonuit dicens: quod ibidem quiescere debet: donec bethleem ab infidelibus capere tur: et tunc ad vrbem romanam deportaretur. Qd cyillus ceteris enarravit: et vnuſq; deo gratias egit Hec autē trāſlatio diē certū nō haberet: niſi q; cyillus eam die octaua penthecoſtes facram fuīſſe ſcribit: que tamē dies nescitur quo-to die cuiusq; menſis eodem anno contigerit. Secunda translatio eſt que in romaniis chro-nicis reperfertur qua corpus eius de bethleem ro-

# Quartus

mam trāſlatū eſt: et in eccl̄ia ſancte marie maſforis reconditū. Post multa eīm anno: um curri-cula ab obitu hieronymi glorioſi hierusalem de-ſtructa: et a ſaracenis occupata cum pene omni-um ſanctorū eſſet orbata reliquiās: ſolo beatū hieronymi corpoze in partibus illis relictō: ap-paruit ip̄e docto: r̄ vii monacho ibi degenti: mā-dans eidezv̄ corpus ſuī romā deferret: et in eccl̄ia dei genitricis iuxta preſepe dñi tumula-ret. Qui cuī hoc facere formidaret a ſancto do-cto ſecunda vice admoneſ: et iuſſa adimplere recuſans: tertio de negligentia durius increpa-tur. Tunc ſancti hieronymi reliquias laeteſter ſurripuit: et cuī dno:bus fideli:bus comiſſibus proſperis ſuccedētibus romā venit. Quē ſanctus ier-terum iuxta vrbem per viſionem admonuit: ut ſoli canonici eccl̄ie conuocati corpus de nocte quaſi clandestine reconderet: ne et ſuper uenientibus turbis diminutionem aliquam in reſiquiis ſuſtineret. Itaq; prout ſanctus man-dauerat iuſſa perfecit: premissa ſoliſ ipſius eccl̄ie canoniciſ nunciavit: et ipſis preſentibus in loco humili: videlz in terra ante preſepe dñi corpus noctu deuote reponit: vbi a quibusdā voceſ à gelice cōcīnetes audite: luxq; immēſa vti ſoli radī meridianā ibidē effulſit: mira-odoris fragrantia vñiquēq; reſpīt. Celebra-tur hec festiuitas die quo corpus alii doctoris ibi depositū eſt: videlz. vii. iduſ maij.

**D**e ſancto hermete diſcipulo. Cap. cxlii.



## Ermes diſcipul⁹

**E**t ep̄ſcopus: de quo apostolus paulus ad romanos. xvi. ſcribens meminit. Hic dicit ſuſſe auctor libri: q; dicit paſtor: et apud multas grecie eccl̄ias publice legit: multiq; de eo libro ſcriptorum veterum ſcrip-te runt testimonia: ſed a latiniſ pene ignotus eſt. Septuaginta eſt Rome apud baptiſterium ex fa-ciatis ſancte præfatis conuictum: ut dicit Hieronymus de viris illiſtri: Dorotheus abbas hunc ex numero. lxxij. diſcipulorū fuīſſe di-cit: qui ep̄ſcopus philopoleos fuīt: et rome q; uit. In libro etiam pontificum habetur: q; ſub ep̄ſcopatu p̄p̄i pape hermes libri compoſuit: in quo mandatum continetur: q; ei precepit an-gelus domini cuī ad eum in habitu paſtoris ve-nit: et die dñico paſcha celebraři constituit. Lu-ſus festum agitur. vii. iduſ maij.

**D**e ſancto metrone coſeffore. Cap. cxiij.



## Etron coſeffor⁹

**V**ene colitur in eccl̄ia ſancti vitaliſ ſepultus. De quo fertur q; illuc peregrinus aduenirerit: ſed vnde vene-rit aut quo loco exortus fuerit ignoratur. Ibiq; exiſtens nouu-penitentie modum adiuuent. Na lapidi magno

# De sanctis in mense maij occurrentibus

Folio. cx.

cōpede in cruce posito mediante se affixit: clausus cōpedis in flumē athēsis proscēt hoc sibi signum proponens & quādūcūs clauem resperire contingeret ab omnibus peccatis se absolutum cognosceret: post plures itaq; annos appropinquare die vocationis eius p̄ sc̄as capitur in cuius ventre clavis illa reperit: aliam sanctificatam designans & corporis dissolutionem instantē prenunciens. Que post dies modicos facia est. vii. idus maij.

**D**e sancto Job propheta. Cap. cxvii.



## Ob iustus

**J**ob propheta domini licet de gentibus natus fuerit: q̄ tamē sanctissim⁹ extiterit nō solum in libro toble. ii. cap. et Eze. xiii. & eius nōis per totū scripto volumine expresse dicitur: sed etiam ab omnib⁹ doctoribus approbatur. Fuit autem incola terre his que est in finibus idūmee & arabie: vt dicit Hieronymus. Et erat ei Anna nomen. Jobab genuitq; filium sibi in regno successorem cui nomen enon. Erat quidaz ipse filius zare de esau fili⁹ filius de matre nō bostra: ita vt sit quintus ab Abraham nepos Esau: & regnauit in regione Edon rex magnus ac potens inter omnes orientales: et accepit uxorem arabissim⁹: genuitq; filios. vii. et tres filias. Fuitq; possessio eius locupletissima in ouibus & bobus asinis & camelis & possessionibus terrarum ac familia multa nimis. Et licet esset ex gentibus patribus ovtius ipse diutino spiritu revelante: non solum ab idolatria abstinevit: sed insuper sanctissime viritate fuit. Nam erat vir ille rectus & simplex timens deum ac rediens a malo. Et cum filij eius in cōlūis quoq; eidie lasciuerent ipse post communia domino profili⁹ inimolabat: ut sic que in commissioneib⁹ per filios in deum commissa fuerant: ipse sacrifici⁹ expiaret. Luius sanctitas ore dei approbatur: dum in toto orbe non habere simile perhibetur. **C**Ut autem eius patientia manifestior fieret: deus eum a diabolo tentari permisit: data ei primo in rebus: deinde in filiis: tertio in carne propria potestate. Demon autem accepta potestate a domino: primo in exterioribus eum percussit. Nam boues & asinos a sabeis auferri fecit: oves ex aere missis igne combussit: camellos a chaldeis tollit procuravit: puerosq; ac familiam gladio hostili & igne consumpsit. Deinde ipm in prole inuasit. Nam filios omnes ac filias palatio super eos corruente uno impetu interfecit. Et cum in his omnibus Job patientem et in nullo commotum vidisset ad carnes eius persequendas accessit. Braui enim ipm a planta pedis usq; ad verticem ulcerem vulnus

ravit. Solamq; sibi uxorem in grauorem afflictionem dimisit: quam & in eius cōcumeliaz incitauit. Et cum in his omnibus nō peccasset iob labi⁹ suis: neq; scutum quid contra decum locutus esset. Nouissime tres amicos eius & reges singulos de loco suo ad eum destinauit: qui ille⁹ ad consolandum Job principali intentione venissent: ipsos rāmē diabolica suggestione longa verborum exacerbatione in ipsius odium et concrepationes provocauit. Et cum ipsos Job sapienti⁹ disputatione & partētī sermone superrasset. Ad ultimū helim quēdam iuuenem arrogarem contra Job in acerba conuicia et gravissima ipropria suscitauit. **L**ūq; post multa flagella dominus serum suum Job manifestissime comprobasset: et per septem annos: vt dicit beatus Hieronymus: ipsius patientia dum expertus in lucem produxisse: misertus ipsius ad statum illum feliciorēm reduxit: omnemq; facultatem eius duplicitauit. Filios vero et filias rotidem numero quod amiserat ei concessit: sed eos duplīcī virtute et elegantiā prioribus decorauit. Vixit quoq; Job post flagella sua annis centū et quadraginta: et vidit filios suos et filiorū suorum usq; ad quartam generationem. Et mortuus est senex plenus dierum: annorum videlicet centum et octuagintarū. Nam: vt tradit Hieronymus annorum triginta sex erat: quando a domino flagellatus est: et in ipsius flagellis annis septem permanebat: post que: vt ex terra libri sui haberetur annis centum et quadraginta supererat. **S**cripsit ipse idē librum vite sue & sermonū suorum arabico sermone: vt Hieronymus ait. Qui cerre liber prosa incipit: metro labitur: pedestri sermone finitur. Nam a principio usq; ad locum illum ubi Job dicit. Preat dies in qua natus sum. stilo prosaico inchoat. Inde usq; circa finem: ubi dominus tres Job amicos redarguit: herosco metro prosequitur. Finem vero rhythmico colore concludit. Omnisq; legis dialetice: propositione: assumptione: confirmatione: conclusione: singula verba sua decernuntur. Nam quatuor disputationū genera in ipso libro complectur. **Q**uarum prima est dialetica: que procedit ex probabilitib⁹. Et hec cōsistit inter iob et tres amicos eius: ubi conclusionem hanc teneret: et probat q̄ deus hominem iustum sine sunt culpa flagellar: amici vero eius oppositam conclusionem affirmant: videlicet q̄ deus neminem sine culpa condemnat. **S**ecunda est sophistica: que procedit ex apparētibus. Et hec est inter Job et Helim: quis Job non respondat: qui quidem iuuenis presumptuosus & vaniloquus: conclusionem amicorum Job approbans sophistice syllogisat. **T**ertia est tentatio inter dominum et Job: qui eum de multis questionibus tentat et interrogat: vt declareret: q̄ nulla sapientia est apud deum comparata.